



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.  
XII**

**Caesarius <Heisterbacensis>**

**Antverpiae, 1605**

De sorore Christiana, quae vidit angelum praesentatorem animarum, cap.  
45.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

## 496 DE DIVERSIS VISIONIBVS

voluntas tam prona est ad peccandum, causa subest: habet enim diabolus duos satellites etiam se crudeiores, quibus illa impellitur, fomité scilicet carnis, quem scriptura vocat tyrannum, & mundū: caro concupiscit, diabolus concupita incendit; mundus incensa, ne extinguitur, se objicit. Ex peccati fomite multa oriuntur vitia, diabolus multa sibi assumit subdia, mundus innumerabilia offert oblectamenta. Ecce

**¶ Reg. 6.** currus & equites regis Syriae, id est diaboli, missi ad capiendum Eliseum, id est iustum: quibus visis, id est in circuitu tuo consideratis, si clamaueris cum ministro Elisei: Heu heu heu Domine mi, quid faciemus voce prophética tibi respondeo: Noli timere, plures enim nobiscum sunt, quam cum illis: aperi oculos, & vide: habes intra te orationem contra carnis fomité, circa te angelos contra diabolum, turbam cōtra turbam: Et ecce, inquit, mons plenus æquorum & curruum igneorum, id est custodiam, non vnius, sed mulierum angelorum in circuitu Elisei, id est hominis electi. Contra carnis incentiua oppone virtutes naturales. Habes super hæc omnia gratiam diuinam, quæ mox, ut menti tuae, si in peccatis fueris, infunditur, carnis incentiua restringit, diabolum retundit, mundi gloriam tibi in odium vertit. Hoc etiam scias, quod quædam facimus sine instinctu vtriusque angelii, quæ si bona fuerint, amplius in eis meremur: si mala, plus demeremur. A POLLON VS: Satis de his expeditus sum: nunc quod residuum de visionibus angelicis nosti, mihi manifestes. CÆSARIUS: Quod animas sibi commissorum Deo representent, ex hoc quod sequitur poteris probare.

## CAPUT XLV.

**S**oror Christina de Volmuntsteine, sanctimonialis in Burgis, cuius in superioribus memini, cantæ erat perfectionis, ut præsens vita ei esset in radio, & mors in desiderio. Tempore quadam quadragesimali, cum se in proxima pascha putaret esse morturam, mente excedens raptæ est in locum amoenissimum, haud dubium quin in paradisum, in quo vidit

Angelos  
animas  
sibi com-  
missorū

Deo re-  
præsen-  
tare.

† al. Ber-  
gus fer.  
ante S.

Fvalbur-  
gis,

altare miri decoris, & ante altare multæ reuerentia personæ, cuius pulchritudo inestimabilis erat nimis, quam cum interrogasset, quæ esset, vel cuius officij respondit: Ego sum Archægælus, qui præsento animas ante Dominum. Et illa: Nunquid domine & animas de ordine nostro præsentas? Etiam, inquit, omnium in ordine tuo bene viuentium animas, monachorum videlicet, Conuersorum, & sanctimonialium, ego præsento ante Deum, & adjecit: Non modò morieris, sed in proximo pascha, quod ita factum est: nam cum per aliquot dies egrotaret, & penè quotidie communica-tet, in agonia posita viaticum sibi dari petijt, cum quo, nondum plenè mastico, spiritum reddidit cœlo. Cum esset adhuc in prædicto mentis excessu, venerabilis verè beata virgo Christina, vidit super altare mitram magni decoris pendentem, & cum requireret ab Angelo, quid futurum esset de anima cuiusdam sacerdotis, quem specialiter diligebat, cuius tunc recordabatur, respondit: Cum obierit, mitra hac capiti eius imposita, ante Dominum illum representabo. APOLLONIVS: Quem putas Angelum istum fuisse? CÆSARIUS: Sanctum Michaëlem, qui, ut dicit auctoritas, præpositus est Paradisi; cæteris enim Angelis diligenter est circa genus humanum. Vnde in Daniele legi. *Dan. 10.* tur fuisse princeps filiorum Israël. Hinc est quod suā memoriā in terris habere voluit, ut ab hominibus, de quorum salute sollicitus est, agnosceretur, diligeretur, & obsequijs veneraretur. APOLLONIVS: Quid si in aliquo loco sibi deputato minus veneratur? CÆSARIUS: Ibi & minora eius beneficia experiuntur, ita ut aliquando etiam præsentaliter inde recedere videatur, secundūm testimonium subsequentis visionis.

## C A P V T XLVI.

**E**O tempore quo dominus Theodoricus Coloniensis Archiepiscopus, qui adhuc supereft, *S. Michaëlis cultus* strum in Gudinsberg ædificauit, sacerdos quidā *neglecto*, religiosus Colonia rediens, cum monti iam dicti non *deseritis* minis propinquasset, sanctum Michaëlem Archangelum in specie bene nota, de eo, in vicinum montem, *dicatus*.

I i

qui